

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Timor ab cum fonte primo

Plura sunt que nos terrent  
quam premunt et sepius opinione  
laboramus quam re.

Plura sunt, Lucili, quae nos terrent  
quam quae premunt, et saepius  
opinionem quam re laboramus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 13, 4 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.30, ll.21-22).

Cito accedimus opinioni

Ita est, mi Lucili:

cito accedimus opinioni;  
non coarguimus illa quae nos in metum  
adducunt nec excutimus, sed trepidamus  
et sic vertimus terga quemadmodum illi  
quos pulvis motus fuga pecorum exiit  
castris aut quos aliqua fabula sine  
auctore sparsa conterruit. Nescio  
quomodo magis vana perturbant; vera  
enim modum suum habent:

et sic uertimus terga quemadmodum illi  
quos pulvis motus fuga peccorum exiit  
castris aut quos aliqua fabula sine  
auctore conterruit. Nescio  
quomodo uana perturbant. Vera  
enim modum suum habent.

quidquid ex incerto venit coniecturae et  
pauentis animi licentiae traditur. Nulli  
itaque tam perniciosi, tam inreuocabiles  
quam lymphatici metus sunt; ceteri enim  
sine ratione, hi sine mente sunt.

Inquiramus itaque in rem diligenter.

Verisimile est aliquid futurum mali:  
non statim uerum est. Quam  
multa non expectata uenerunt! quam  
multa expectata nusquam comparauerunt!

Verisimile est aliquid futurum mali;  
non statim uerum est. Quam  
multa inexpectata uenerunt! Quam  
multa expectata nunquam comparauerunt!

Seneca ibidem (XIII. epistola).

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 13, 8-10 (L. Reynolds  
ed., vol.1, pp.31-2, ll.26-31, 1-7).